



Cicero, Pro Murena 78 f.

Non usque eo L. Catilina rem publicam despexit atque contempsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur. Latius patet illius sceleris contagio quam quisquam putat, ad plures pertinet. Intus, intus, inquam, est equus Troianus; a quo numquam me consule dormientes opprimemini. Quaeris a me, ecquid ego Catilinam metuam.

Nihil, et curavi ne quis metueret; sed copias illius, quas hic video, dico esse metuendas; nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinae quam isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. Non enim deseruerunt, sed – ab illo in speculis atque insidiis relictis – in capite atque in cervicibus nostris restiterunt. Hi et integrum consulem¹ et bonum imperatorem natura fortunaque cum rei publicae salute coniunctum deici de urbis praesidio et de custodia civitatis vestris sententiis deturbari volunt.

Quorum ego ferrum² et audaciam reieci in campo, debilitavi in foro, compressi etiam domi meae saepe, iudices; his vos si alterum consulem tradideritis, multo plus erunt vestris sententiis quam suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id, quod ego multis repugnantibus egi atque perfeci, esse Kalendis Ianuariis³ in re publica duo consules.

¹ **integrum consulem**: gemeint ist Murena.

² **ferrum**: wie „arma“.

³ **Kalendae Ianuariae**: 1. Januar.



Übersetzung

Nicht bis dorthinaus hat Lucius Catilina den Staat verachtet und geringgeschätzt, daß er meinte, mit dieser Truppe, welche mit sich er hinausgeführt, werde (könne) er das Gemeinwesen überwältigen. Weiter erstreckt sich jenes Frevels ansteckende Rührung als irgendeiner glaubt, auf ziemlich viele (mehrere) reicht sie hin. Drinnen, drinnen, sage ich, ist das Troianische Pferd; von diesem werdet ihr, während ich Konsul bin (unter meinem Konsulat) nimmer schlafend überrascht werden. Du fragst mich, ob etwa ich Catilina fürchte. Keineswegs, und ich habe Sorge getragen, daß nicht irgendeiner [ihn] fürchte; doch ich sage, daß die Truppen jenes, welche hier ich schaue, zu fürchten seien; doch nicht so sehr zu fürchten ist nun das Heer des Lucius Catilina wie die, welche jenes Heer verlassen haben sollen. Nicht nämlich haben sie es verlassen, sondern – von jenem auf Warten und in Hinterhalten zurückgelassen – zu unseren Häupten und in unserem Nacken wieder aufgestellt. Diese wollen, daß ein unbescholtener Konsul und trefflicher Feldherr, durch Natur und Glück mit des Staates Wohl verbunden, verdrängt werde aus der Bedeckung eurer Stadt und von der Bewachung eures Gemeinwesens durch eure Stimmen vertrieben werde. Deren Eisen (Waffen) und Frechheit habe ich zurückgewiesen auf dem Felde, geschwächt auf dem Forum, unterdrückt sogar in meinem Hause oft, ihr Richter; wenn ihr diesen den einen Konsul werdet überliefert haben, werden um vieles mehr sie durch eure Stimmen als durch ihre Schwerter erreicht haben. Es liegt viel, ihr Richter, daran, daß, welches ich, obschon viele widerstrebten, betrieben und durchgesetzt habe, an den Kalenden des Januar (1. Januar) zwei Konsuln im Staat sind.